

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Hecyra III

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1594)

non redeat, ex ea re suspicio datur socrum talem esse, quae absente marito nurui sustineri non possit. nam dixit

- 265 **23** ILLAM AD VOS REDIRE STVDEO SI FACERE POSSVM VLLO
 267 MODO. — **25** NAM POSTQVAM ATTENDI MAGIS ET VI COEPI
 AGERE VT REDEAT *nam posteaquam attendi, et coepi, inquit,* 5
 271 *operam dare, ut ad uos reuerteretur.* — **29** NON POSSVM
 ADVERSARI MEIS purgat a natura sua, quod tali uitio
 esse confessus est, <ut contra> uoluntatem suorum facere
 272 non possit. — **30** CERTVMNE EST ISTVC id est: *filiam ut*
non remittas, nisi Pamphilus uenerit. 10

3.

- 274 **1** EDEPOL <NE> NOS SVMVS INIQVE AEQVE OMNES IN-
 VISAE VIRIS PROPTER PAUCAS haec scaena conquestionem
 tenet quod immerito accusatur, quippe cum sibi intenda-
 tur accusatio non ex moribus neque ex propria uita, sed
 <e> communi nomine, quod socrus sit. quae non omnes 15
 malae sunt *et omnes mala opinione laborant plurimum,*
quia quaedam malae sunt. nam cum pauculae inuisae uiris
 sunt propter mores, efficiunt, ut omnes dignae uideantur
 278 malo. — **5** HAVT POL ME QVIDEM similem esse neque sociam.

III.

1.

- 281 **1** NEMINI EGO PLVRA ACERBA CREDO ESSE EX AMORE 20
 OBLATA QVAM MIHI ueniens Pamphilus peregre cognoscit in
 portu a seruo uxorem suam quam diligebat domo disces-
 sisse. aegre fert, *grauiter ingemescit:* est enim maxima
 cura, quia suspicio est puellam propter matris mores dis-
 ccessisse. habet incertum quid faciat: amat uxorem, sed 25

4 VI COEPI] incepti *F*, coepi (-it *GV*¹) *rell.* || 5 AGERE] co-
 gere *Ter.* | rediret *F*¹ (= *Ter.*) || 8 ut *add. Westerh.* | contra
 (aduersus *Schoell*) uoluntatem *W.*: uolupt- *codd.* || 11 INIQVE
om. G || 15 e *add. W.* || 16 laborent *codd.* || 17 nam] sed α |
 paucae α || 19 esse *om. F*

- obtemperat matri, et pietate illa, haec amore retinetur. ita habet conquestionem calamitatum suarum, quia ex praeterito amore similiter multa sit passus, cum amans meretricem a patre sit coactus ducere uxorem rursusque amans coniugem peregre pulsus sit. nunc ergo peregre reuersus eandem coniugem reperit domo discessisse iurgio nato inter matrem et coniugem, unde magis sic sibi sit, ut aut amorem relinquat aut aduersus pietatem aliquid faciat. explicata conquestione quaerit a seruo, quid sit cur uxor discesserit. — **2** HANCINE EGO VITAM PARSII PERDERE hanc 10 uitam seruauit, ne penderem? 'parsii' enim ab eo est quod est parco. sed si parco significat ueniam do, praeteritum faciet peperci, si parco conseruo, praeteritum **284** parsii faciet. — **4** CUI QUANTO FVERAT PRAESTABILIS melius atque optabilis. — VBI VIS GENTIVM <hoc> est ubi 15 **286** cumque. — **6** NAM NOS OMNES QUIBUS EST ALICVNDI ALIQUIVS ABIECTVS LABOS OMNE QVOD EST INTEREA TEMPVS PRIVS QVAM ID RESCIPTVM EST LVCRQ EST etenim nos, qui peregre positi sumus, in lucro habemus: hic omnis sensus est, uerum elocutio ardua, nam cum praeposuisset 'nos omnes', subiunxit 'in lucro est', cum utique esse debuerit 'nobis omnibus', ut sit integrum 'nobis <omnibus in lucro est>'. sed hoc locutionis genus antiqui absolutum appellabant, ut Virgilius (*Aen. X 244—45*) 'crastina lux, mea si non **288** i. d. p., i. R. s. c. a.' — **8** AC SI CITIVS QUI TE EXPEDIAS **25** HIS AERVMNIS REPERIAS dicit magis prodesse seruus, quod reuersus Pamphilus dominus sit: ex hoc enim fieri potest, ut facile sedare tantam turbam et domum seditione domestica possit absoluere. magis esse ergo commodum, quod reuersus sit, quam si adhuc peregre fuisset: potest enim rem cognoscere, **30** iram explicare, rursus ambas ad gratiam restituere. conso-

1 obtemperet β | pietate — haec] petat illā G | retinet G ||
 4 -que om. G || 5 sit] est G | ergo om. F || 10 hanc uitam] id
 est α || 11 est ab eo α || 13 facit α || 15 hoc add. Westerh. ||
 20 proposuisset FV | subiungit β || 21 in om. β || 22 omnibus
 — est add. W. || 24 ut] et β || 25 At G, om. α || 27 est G |
 ut] ubi β || 28 domestica om. F

latur igitur et dominum et dicit magis commode prouenisse,
 293 quod reuersus sit. — 13 QUID CONSOLARE ME ille ipso
 medendi genere suscitatus ad uulnera uehementer con-
 queritur et omnia, quae sibi ex amore contigerint, enar-
 rat: priusquam hanc, inquit, uxorem duxi, habebam alibi 5.
 animum amori deditum; deinde numquam recusare ausus
 sum, quam mihi obrudit pater; deinde quantas miserias
 in hac re sumpserit, quod uix se a meretrice separauerit;
 deinde quod, statim ad amorem uoris se contulit, peregre
 sit exclusus; deinde quod reuersus iurgium reppererit inter 10
 matrem et coniugem, unde magis miser sit, quia necessario
 contra alteram facturus est. his conquestionibus mala sua
 exaggerat, ad postremum tamen concludit iram inter eas
 expediri numquam posse, propterea quod grauem causam
 litis suscipiant ex hoc, quod diu iracundia permanere di- 15
 catur. at hoc seruus frangit negans magnam causam
 contigisse, ut longa inter mulieres iracundia perseueret, et
 facit quidem a persona et a simili argumentum captans,
 quod 'pueri inter se pro leuibus noxiis magnas iras
 gerunt' et 'itidem mulieres sunt ut pueri leui sententia'. — 20
 315 35 TREPIDARI SENTIO ET CVRSARI RVRSVM PRORSVM † ad ci-
 uitatem cupientis admodum habet et† in cognoscendo trepi-
 dationem ex tumultu, qui efficiebatur pro parturiente puella:
 haec enim partu integro iam mouetur, uerum arbitrantur
 non Pamphilum auctorem huius conceptionis et idcirco clam 25
 puellam uolunt parere, ut puer possit exponi. ideo praeter
 parturientis trepidationem et alia est timentis <matris>,
 ne partus deprehendatur. ex hac tamen uoce dolentis in

1 commodum *G* || 3 suscitatus *Schopen*, -tur (-t *V*) *codd.* |
 <et> uehementer α || 4 enarrat <et suas plurimas (innumeras *V*)
 miserias per partes enumerat> α || 10 reperit *vel repp. codd.*,
corr. W. || 13 tandem *F* | inter ea (eas *G*) se expediri *codd.* ||
 14 umquam *F* α || 15 suscipiunt *G*, suspicatur *F* || 16 at *W.*:
 ad *codd.* || 18 et a *om.* β || 18 captans (:ari *F*)] comparans
 <mulieres pueris> α || 20 idem *codd.* || 21 ad — et] *fort. ad con-*
iugetem intrare cupiens admodum haeret || 22 admodum *om. F* |
 <dehinc> trepidatio α || 24 iam mouetur integro partu α ||
 26 praeter *W.*: propter *codd.* || 27 et] uel *G* | matris *add. W.*

partu adulescens nescio quid suspicatur, quasi uxorem do-
 319 *leret uehementer. ergo interrogat* **39** NESCIO QVOD MAGNVM
 MALVM PROfecto PARMENO ME CELANT. at ille temperate re-
 320 *spondit, ne eum inuidiae enuntiatione percuteret* **40** VXOREM
 inquit PHILVMENAM PAVITARE NESCIO QVID DIXERVNT ID SI ⁵
 FORTE EST NESCIO. at hoc maius esse cognouit adulescens
 323/30 *et interrogauit* **43** QVID MORBI EST. — **50** SI FORTE MOR-
 BVS AMPLIOR FACTVS SIT si forte morbus grauior effectus
 332 *fuert.* — **52** SERVVM ILICO INTRO IISSE DICENT SOSTRATAE
 ALIQVID TVLISSE COMMINSCENTVR MALI fingent mendacium ¹⁰
 334 *me aliquid mali introtulisse.* — **54** CAPITI ATQVE AETATI
 ILLORVM MORBVS QVI AVCTVS SIET sic in illo maledictum
 concessit, ut omne malum potius recideret in eos, qui
 mentiuntur: itaque nolo intro pergere, ne era in crimen
 ueniat, ego uero in magnum malum? ¹⁵

2.

336 **1** NESCIO QVID IAM DVDVM AVDIO HIC TVMVLTVARI
 MISERA haec scaena quasi quandam deliberationem tenet
 ad aegrotam nurum, cum rumor sit, quod grauis morbus
 ingrauescat. deliberat socrus, quae iam semel exclusa est.
 339 *denique ipsa propositio* **4** NVNC AD EAM VISAM. destructio ²⁰
 ex diuersa parte ITERVM ISTINC EXCLVDERE. pars illa, ut
 340 *pergat* **5** QVID FAMAM MISERA NON VISAM VXOREM PAM-
 342 *PHILI CVM IN PROXIMO HIC SIT AEGRA. dissuasio* **7** NON
 VISAS NE MITTAS QVIDEM VISENDI CAUSA QVEMQVAM nec
 aliquem praemittas qui uideat, nam qui amat cui odio ²⁵
 est, bis stulte facit, uti laborem inanem capiat et illi
 afferat molestiam. adiecit maius argumentum, quoniam

3 temperate *W.*: -to *F*, -ta (*post* respondit) *G* || 4 ne eum
om. G || 5 *QVID om. G* || 6 ad hoc maius *F*, aduc magis *G*, *corr.*
W. || 7 interrogauit *W.*: -bat *codd.* | morbus *codd.* || 10 <me>
 aliquid *F* | fingent — 15 malum *om. V* | fingit β || 13 recidet *P*,
 recedet *G*, recelet *F*, *corr. W.* || 17 quandam quasi *G* α || 18 quod]
 quia (iam *add. F*) *F* α || 23 HIC SIT] dixit *P*, uixit *V*, sit β (*post*
 AEGRA *G* *repet.* dixit aegram) | aegram α || 25 praetermittas
FP | QVI AMAT] ille α || 27 maius] magis *GV*

ingredi non debeat, quod filius, statim quam uenit, ingressus est: 'ea igitur causa introire non debes; etenim, si dolores paululum Philumenae remittant, continuo soli cuncta narrabit, quae causa inter uos iracundiae fuerit, unde exordium lites inceperint'. haec sunt quae ad dissuasionem pertinebant. egreditur Pamphilus, qui ideo, quod non in morbo puellam, sicut rumor fuerat, uiderit, sed quod parturire eam conspexerit, uehementer commouetur: putat enim non ex suo compressu grauidam parturire. idem interrogatus a matre **22** QUID MORBI EST **10** consensum commodat ad quod illa uoluerit, ne prodatur ueritatem. deinde et Parmenonem efficit discedere, ne uicinus uocem parturientis audiat. postremo remanet solus ac secum deliberat quod rogatus <est>, utrum taceat neque indicet partum an aequo animo ferat tantam iniuriam et **15** reducat uxorem.

3.

- 361** **1** NEQVEO MEARVM RERVM INITIVM VLLVM INVENIRE IDONEVM conquestio est, quod de amore multa sit passus, quod multa uiderit, multa audierit, simul cum partitione, cum dixit
363 **3** PARTIM QVAE PERSPEXI HIS OCVLIS PARTIM QVAE ACCEPI **20** AVRIBVS. hoc totum in principio est: subiungitur narratio
365 **5** NAM MODO ME INTRO VT CORRIPVI. quod accepit auribus, illud est, quod, ubi eum ante perspexere ancillae, omnes simul exclamauere 'uenit'; quod perspexit, illud est, quod uultum earum continuo inmutari uidit: haec enim argumenta pro- **25**

1 quod *W.*: quo *codd.* | quam *W.*: qñ *F.*, quod α , ut *G* ||
 3 remittent *Westerh.* (*recte?*) || 4 narrabat α || 5 litis inceperit *G*,
prob. Schopen || 6 ideo] id *F.*, his α || 8 <unde (et inde α)> |
 uehementer *F* α || 12 caritatem β || 14 est *add. W.* | neque]
 aut *G* || 15 indicet <ei> α || 16 reducat *Westerh.*: ducat *codd.* ||
 19 multa 2.] et *G* || 22 ut ante intro me *F.*, om. *rell.* | accepi
 βV , accipi] *P* || 23 perspexerit *P'V* || 24 perspexit *F.*, pars
 exit (exiit *G*) *rell.* || 25 uidet α | haec *Westerh.*: hic *codd.*

faciunt ad id, quod partus celabatur, quod introueniens
 parturientem uidit, deinde quod uox parturientis prodidit
 375 uitium: <et>enim dixit **15** NEQVE VOCE ALIA AC RES MONE-
 379 BAT IPSA POTERAT CONQVERI. — **19** PROFECTO HOC EST SIC
 VT <PVTO ut> oportuit, omnem narrationem calamitatum
 382 suarum sententia conclusit, uti sic res semper sit: 'quemad-
 modum fortuna tradiderit' inquit 'nos aut magni aut hu-
 miles sumus'. — **22** O MI PAMPHILE ABS TE QVAM OB REM
 HAEC ABIERIT CAVSAM VIDES persuasio est illa, unde de-
 liberat Pamphilus, an taceat tantum et celet partum aut, 10
 si uoluerit, eam uxorem <re>ducat donata iniuria. confessio
 383 ipsa criminis uenialis statu constat, cum dixit **23** VITIVM
 EST OBLATVM VIRGINI OLIM AB NESICIO QVO IMPROBO. deinde
 preces omnes adhibentur <ad> illa duo, quae supra posui,
 386 conficienda **26** QVAEQVE FORS FORTVNA EST INQVIT NOBIS 15
 QVAE TE HODIE OPTVLIT PER EAM TE OBSECRAMVS AMBAE.
 387 illud, ut taceat, petit **27** VTI ADVERSA EIVS PER TE TECTA
 TACITAQVE APVD OMNES SIENT. ut si uelit reducat, sic
 391 petitur **31** CETERVM DE REDVCENDA ID FACIAS QVOD IN
 REM SIT TVAM. hoc uoluntati dimittitur; illud, <quod> 20
 392 oratus <est>, an fieri possit sic docetur **32** PARTVRIRE
 EAM NEC GRAVIDAM ESSE EX TE SOLVS CONSCIVS ES. et
 395 an pater ignorare possit, sic adiungitur **35** NVNC SI POTIS
 EST PAMPHILE MAXIME VOLO DOQVE OPERAM VTI CVM AD-
 VENIT PARTVS CLAM SIT PATREM ATQVE ADEO OMNES SED 25
 SI HOC FIERI NON POTEST DICAM ABORTVM ESSE. neque
 hoc suspectum alicui esse poterit, cum septimo mense
 abortus proueniret. sed ne nato puero inhonestum fiat,

2 prodit α || etenim *W.*; cum *Westerh.* || 4 sic est *Ter.* ||
 5 PVTO ut *suppl. Schoell* || 6 sit <ut> α || 7 nos autem β || 8 su-
 mus] simus *Zeune* || 11 <ut> eam *codd.*, *corr. W.* | reducat *W.* ||
 12 uenialis *G* α | statu *GP* | continet *G* || 14 ad *add. W.* ||
 15 efficienda *G* | fortuna<ta> α | EST *om. F* α || 20 uoluntati *F*,
 uolupt- *rell.* | remittitur *Zeune* | quod et 21 est *add. Zeune* ||
 21 orans et diceret *G* || 22 NEC] et α | es *sser. P¹*, *om. G* |
 et *W.*: sed *codd.* || 23 potis es *F*, potest istam α || 26 hoc]
 id *Ter.* | potest <quin sentiant> *Ter.* || 28 prouenire *F* α ; prou-
 uenerit?

quod Pamphili filius diceretur, adiecit ab utili et ab honesto
 400 **40** CONTINVO EXPONETVR HIC TIBI NIHIL ERIT QVICQVAM
 INCOMMODI. deinde conclusum est ad misericordiam captan-
 401 dam **41** ET ILLI MISERAE, quod concesserit scilicet, ut
 403 taceat tantum: **43** NAM DE REDVCENDA ID VERO NE VTI-
 QVAM HONESTVM ESSE ARBITROR. uerum amore multum
 aestuans ingemiscit, quod necessitate separaretur. quam-
 quam dat sibi consolationem: non didicit ab amata dis-
 cedere, ut ante exclusa meretrice discessit.

4.

415 **1** AIN TV TIBI HOC INCOMMODVM EVENISSE ITER haec 10
 scaena interrogationes et breues expositiones continet, quem-
 422 admodum nauigauerint. — **8** CVM INTEREA SEMPER MOR-
 TEM EXSPECTABAM MISER grauior semper poena est ex-
 spectare quam pati, ut (*Verg. Aen. VI 614*) 'inclusi poenam
 434 expectant'. — **20** PERII VOVISSE HVNC DICAM SI SALVVS 15
 DOMVM REDISSET VMQVAM VT ME AMBVLANDO RVMPERET
 quae consuetudo est in mari: nam cum periclitantur, plu-
 rimi aliquod uotum promittunt, si salui terram uiderint. —
 440/42 **26** CAESIVS oculis tortis paululum. — **28** VSQVE AD VESPE-
 447 RVM usque ad noctem. — **33** QVOD POTERO FACIAM TAMEN 20
 VT PIETATEM COLAM deliberatio illa nunc breuiter <re>peti-
 tur, an partum celet an <re>ducat uxorem. uerum tantum
 consentit, ut celet, non uult autem reducere, quia adhuc
 credit puellam idcirco discessisse, quod iurgium cum matre
 susceperit: hoc enim dixit 'quod potero, faciam, tamen 25
 ut pietatem colam'.

2 exponitur *Gα* || 7 ingemiscit *β* || 9 exclusam meretricem
Gα || 11 et] sed *α* || 12 nauigauerint *W.*: -runt *codd.* || 16 rupe-
 rit (rüp- *P*) *Fα* || 18 promittant *Fα* || 19 cesis *FP*, cęcis *V* ||
 paululum *om. G* | <maneam> usque *G* || 21 repetitur *Zeune* ||
 22 reducat *W.*

5.

- 451 **1** DIXITIN DVDVM ILLAM DIXISSE EXPECTARE FILIVM
haec scaena parentum continet uerba, quemadmodum cogant Pamphilum reducere uxorem. simplex hic oratio est: supra (II 2, 26—27) Phidippus dixerat 'sancte adiurat non posse Pamphilo absente perdurare', hic positum 'dix- 5
454 tin dudum illam dixisse expectare filium?' — **4** CERTVM
OBFIRMARE EST VIAM ME QVAM DECREVI PERSEQVI ut ta-
461 ceam, non ut reducam. — **11** VIXIT DVM VIXIT BENE ordo:
466 bene uixit, dum uixit. — **16** HERI PHILVMENAM AD SE
ACCERSI HIC IVSSIT quasi nescientis causas hoc mendacium 10
fingitur, quod pater Philumenam heri ad se uocauerit.
468 denique continuo Pamphilus **18** OMNEM REM SCIO VT SIT
GESTA ADVENIENS AVDIVI. hoc sumit exordium, cur non
reducat. commendat personam suam, quod semper fideli
animo circa illam uixerit, et non sua causa fieri discidium, 15
sed quod indignam se deputat matri eius, cuius mores
debeat tolerare, cum neque aliter gratia ulla inter eas
componi possit. purgat se, quod pietati seruiens nolit re-
485 ducere uxorem. — **35** QVIBVS IRIS INPVLVS NVNC IN ILLAM
INIQVVS SIM qua iracundia motus iniquus sim circa uxorem, 20
quae quod uolui promerita est et quod nolui numquam
fecit? rursus concludit, quod necessitate ab ea separetur,
497 quo matris commodis obtemperet. — **47** DIXIN PHIDIPPE
HANC REM AEGRE LATVRVM ESSE EVM sic enim supra
(II 2, 19—20) dixerat 'non clam me est quam laturus sit 25
502 aegre, hoc si rescierit'. — **52** RENVMERET DOTE M HVC
513 hoc est mihi. 'dos' quae pecunia dabatur. — **63** PORTO

1 dixisti *GV* || 2 cogant *Zeune*: -unt *codd.* || 5 hic positum
W. (*duce Westerh.*): inpositum *Fα*, *om. G* | dixisti *codd.* ||
7 tactam *GP*, actam *V* || 8 ut *om. β V* || 11 nesciens *G*, -enti
F | fingit *G* || 12 vt *om. α* || 15 non] nunc *Gα* || 16 putat *G* ||
18 nolit *Westerh.*: noluit *codd.* | <sic> purgat? || 19 in *om. Gα* |
illi *G* || 20 quia *Gα* || 21 uolui <illa> *codd.*, *corr. Westerh.* | nolui]
uolui *Gα* || 22 rursus *W.*: et uersus *codd.* || 23 quo *W.*: quod
codd. || 25 non *om. Fα* | <hoc> laturus *Fα* | quam esse eum
grauiter laturum credam *Ter.* || 26 hvc *om. PG* | est mihi
Westerh.: esse nihil *codd.* || 27 quae <nuptae> *Schoell*

HOC IVRGIVM AD VXOREM putat enim eius causa puellam
discessisse.

IV.

1.

- 516 **1** PERII QVO ME VERTAM ingressus Phidippus puellae
pater inuenit filiam parturientem. primum adulterii crimen
intendit, sed hoc breuiter frangit, quia ex illo peperit, 5
cui nuptum data est. post intendit crimen iniuriarum, quod
partum celare uoluerit. egressa igitur mulier quaerit con-
siliium, quemadmodum respondeat, quod pater cognouerit
519 partum; et consiliium utique ad hoc quaerit **4** ID QVA.
CAUSA CLAM ME HABVISSE DICAM NON EDEPOL SCIO. accu- 10
524 satio illa **9** VIR EGO TVVS SIM. deinde prima propositio
527/28 criminis **12** PEPERIT FILIA EX QVO, cuius solutio **13** EX
QVO CENSES NISI EX ILLO CUI DATA EST NVPTVM. qua re
530 soluta intenditur **15** QVAM OB REM TANTOPERE NOS CELARE
VOLVERIS PARTVM PRAESERTIM CVM ET RECTE ET TEMPORE 15
536 PEPERERIT. et inuectio in eam **21** SED NVNC MIHI IN MEN-
TEM VENIT EX HAC RE QVOD LOCUTA ES OLIM CVM ILLVM
GENERVM CEPIMVS. suspicatur autem, quod aegre mater
puellae ferat Pamphilum amare meretricem et ex hac
540 causa partum celare uoluerit. ideo dicit **25** QVAMVIS CAV- 20
SAM HVNC SVSPICARI QVAM IPSAM VERAM MAVOLO. tunc,
quasi haec uera causa sit, reddit rationem, non esse in-
iuriam grauem a Pamphilo, quod amat meretricem, quo-
niam hoc uitium omnibus adulescentibus uidetur innatum.
547 qua re inuenta mulier aliquid defensionis apponit **32** ADEON 25
ME ESSE PERVICACEM CENSES CUI MATER SIEM 'adeo per-

3 perii <quid agam> *F* (*Ter.*) | quo me euortam (*ex uor-*
tam?) α || 5 perii α || 8 quo *G* α || 9 utique *om.* *G* || 10 accusatio
illa *F*, *om. rel.* || 13 CENSES *om.* *G* α || 14 tanto opere α (*recte*?) |
<omnes> nos *Ter.* || 15 tempore < suo > *F* (*Ter.*) || 16 peperit
G α || 19 < hanc > meretricem amare *G*, < hanc (ha *P*) > mer-
(am-*om.*) α | et *om.* *F* α | ex *om.* *G* || 21 hanc α | malo *F*, uolo
rell. || 25 adeomne (ESSE *om.*) α || 26 sim *FV*, (*ex sit corr.*) *P*